

5.5 - provvedimenti circa Benefici, sec. XII.-XV. (c. 101.-107.)

Ex libro Signato F. Archivj Capitularis cart. n.o 10.

(quinto fascicolo - carta 101.; in tutto il fascicolo. il testo occupa anche il margine destro)

In X.ti nomine amen (*in margine, a sinistra*)¹ Anno Nativitatis eiusdem 1370. indictione 8. die 11. m.sis Januarii. Tar. in Eccl.ia majori de Domo, praesentibus discretis Viris Domino Praesbytr. Guidone de Seravallo priore domus, et Ecclesiae Sancti Jacobi de Schiriali de extra, et prope Tarvisium, Presbytero Hendrico Abb.e Prebendato, et Jacobo Bugattini Mansionario dictae Ecclesiae Tar.ae testibus rogatis, et aliis de Capitulo ejusdem Ecclesiae ante Altare B. M. V. more solito congregato, in quo quidem Capitulo interfuerunt Ven. Viri D. D. Joannes de Terdona, Joannes de Banchis de Placentia, Giorgius de Tarvisio, et Antonius Francischini de Mestre, omnes Canonici d.ae Ecclesiae Tar.ae facientes, et constituentes ad praesens totum Capitulum ipsius Ecclesiae, cum nullus alius esset in dictis Ecclesia, Civitate, vel Loco, qui de jure, vel eorum, et dictae Ecclesiae consuetudine deberet, aut posset ad ipsum Capitulum evocari, nisi Dominus Nicolaus Archidiaconus, et Canonicus ejusdem Ecclesiae, qui ad hujusmodi vocationem, et requisitionem ut praefati Domini Canonici, et Capitulum asseruerunt, excusavit se dictis Congregationi, et Capitulo aliis suis necessariis, et arduis negotiis praepeditus pro tunc interesse non posse, et quot de omni eo quod facerent, contentus esset.

Ipsi, (*in margine*) inquam, Domini Canonici, et Capitulum attendentes, quod Ecclesia Curata S. Bonae de extra, et prope Tarvisium, cuius colatio, et provisio, ac institutio, et destitutio ad ipsos Dominos Canonicos, et Capitulum Spectat, et pertinet pleno jure, per absentationem praesbyteri joannis de Arymino ipsius Ecclesiae ultimi Rectoris, et p. privationem de ipso presbytero joanne per eosdem Dominos Canonicos, et Capitulum rite, et iuste factam, vacavit, et vacat ad praesens, et volentes eidem Ecclesiae de utili, et idonea providere persona, ut ipsius jura, et statuta conserventur, et in melius, dante Domino, refoventur, eandem Ecclesiam S.tae Bonae, sic ut praemittitur, seu aliter quomodocumque vacantem cum omnibus juribus et pertinentiis suis discreto viro Praesbytero Aumano Antonii de Seravallo coram ipsis Dominis, et Capitulo fexis genibus constituto, et humiliter acceptanti, et de ejus sufficientia, moribus, et vita, apud eosdem Dominos Canonicos, et Capitulum laudabile testimonium perhibetur, contulerunt, sibi que providerunt de eadem, ac ipsum praesbyterum Amanum praefatus Dominus Joannes de Tardona de voluntate, et consensu aliorum Dominorum Canonicorum, et Capituli antedicti de dicta Ecclesia, et juribus suis universis cum quodam Bireto quod tenebat in manibus suis actualiter, et praesentialiter investivit ad continuam residentiam inibi faciendam.

Curam populi, et parochianorum, ac administrationem, et regimen dictae Ecclesiae sibi Praesbytero Armano in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo; et ut praedicta omnia, et singula Suum debitum consequantur effectum praefati domini Canonici, et Capitulum per hoc praesens instrumentum publicum commiserunt suprascripto domino Praesbytero Guidoni priori, quatenus dictum Praesbyterum Armanum, vel procuratorem suum, ejus nomine in tenutam, et possessionem corporalem dictae ecclesiae Sanctae Bonae, et omnium jurium, et pertinentium Suarum, auctoritate ipsorum dominorum Canonicorum, et Capituli ponat, et inducat et deffendat inductum, ammotto exinde quolibet illicito detentore, sibi que vel pro cursore suo pro eo de omnibus, et singulis fructibus, fictionibus, redditibus, proventibus, et decimis, quartesiis, juribus, et obventionibus universis ad dictam Ecclesiam spectantibus, et pertinentibus faciat ab omnibus auctoritate praedicta integre responderi.

Postquam dictus Presbyter Aumanus juravit ad S. D. E., corporaliter tactis Scripturis, sibi per dictum dominus joannem de Terdona Sacramento delato, obedientiam, et reverentiam dominis Decano, Canonicis, et Capitulo Ecclesiae Ter.ae, ac observare consuetudines, et Statuta ejusdem Ecclesiae facta, et imposterum facienda. . . .

¹ (*in alto, in margine sinistro*) Collatio Eccl.iae S. Bonae de extra et prope Tarvis. 11. Jan. 1370. vacantis per privationem de mense januar. a Cap.lo facta.

Ego Gujllelmus Pauli de Alexio Civis Vincentinus publicus imperiali auctoritate Notarius, et scribe Episcopalis Curiae Tar. ae praedictis omnibus prius interfui, et ea rogatus publice scripsi signo meo in testimonium praemissorum appposito consueto.

(- carta 101. tergo)

ibi fol. 11.

In Xp.i nomine amen² (*in margine sinistro*). Anno Nativ. eiusdem MCCCLXX. Ind. 8. die Sabati ul:mo Mensis Augusti. Tervisii in domo habitationis infrascripti D.ni Decani,

praesentibus d.no Antonio Fancischini de Mestre Can:co, Presbyt. Bartholomaeo pauli de Padua, ac Federico Petri de Quero Praebendatis Eccl.iae Terv., e Franceschina q. Symeonis de Mestre, Nepote D.ni E.pi Tervisini, testibus rogatis, et aliis.

Vacante eccl.a curata S: Andraeae de Tervisio (*sopra, corregge* de Cavasaga) per obitum Presbyteri D.nici de Montebelluna ipsius eccl.iae ultimi Rectoris, cuius corpus hesterna die traditum fuit ecclesiasticae sepulturae, Ven. vir D.nus Petrus Paul Michael decanus, et Can.cus Tervisinus ad quem solum collatio, et provisio eiusdem eccl.iae dignoscitur pertinere, volens et intendens, ut dixit, eidem eccl.iae de utili, et idonea providere persona, ut ipsius jura, et statuta conserventur, et in melius, dante domino, refoventur; ac considerans et attendens sufficientiam, et idoneitatem aliaque plura virtutum et probitatis merita discreti viri Presbyt. Jo: de Bentevoles de Bononia olim Plebani eccl.iae S. Georgii de Postoyma: per quem, et cuius industriam status et jura praedicta conservari poterunt verisimiliter et augeri, eandem eccl.iam S. Andraeae sic, ut praemittitur, vacantem cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, dicto Presbytero Johani de Bononia coram ipso D.no decano flexis genibus constituto et humiliter acceptanti contulit, et sibi providit de eadem, ac ipsum presbyterum Johanem de d.a eccl.ia, et juribus suis antedictis cum quodam bireto, quod habebat in manibus, actualiter, et presentialiter investivit, ad continuam residentiam inibi faciendam, curam populi, et parochianorum dictae eccl.iae, ac ipsius administrationem et regimen sibi Presbytero Joh. in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo. et ut praedicta omnia et singula suum debitum sortiantur effectum etc.

Ego Guill.s de Alexio Not. praedictus rogatus etc.

ibi 11. 12. (*verso sinistra*) In Xp.i nomine amen. MCCCLXXX. indictione tercia. die XXVII. Septembris. Infrasc:pta³ (*fin qui spostato verso sinistra, subito dopo il titolo*) sunt exempla quorundam instrumentorum in authentico positorum et scriptorum in libro magno de Pergamena cum parmurelis posito et existente in banco de medio Sacristiae eccl.iae Tervis. novum instrumentum tenor per omnia talis est.

Hoc est exemplum cuiusdam (*in margine sinistro*) instrumenti, cuius tenor talis est.

In Xp.i nomine amen. Anno D.ni MCXCV. ind. XIII. die lunae 9. exeunte Februrii et aliis⁴. cum Litifredus aurifex veniret ante Mag.rum D.nicum Tarv. Can.cum et eiusdem Can:cae Massarium, et ante alios Can.cos illius Eccl.iae, et peteret ab eis, et ab ipso Massario, ut idem Massarius nomine Tar:ae Can.cae deberet eum investire de tali feudo, quale ipse quondam habuit a Leonardo quarterio (*sopra, corregge*: quatrio) Capelli, praedictus Massarius nomine Canonicae, verbo et consensu D.ni Presbyt. Almengarii Decani Tarv., Manfredi Archidiaconi, presbyt. Pisonis, Viviani, Ambrosii, Mellii, Jacobi, Tolbertini, Jeremiae de Thodeschinis Can:corum Terv. investivit ipsum Litifredum ad rectum feudum in masculis tantum, de illo feudo, quod feudum Litifredus ibi denunciavit habere ab ipso Can:co vid. suas domos soleratas et planas, quas habet in calle majori in integrum . . .

² (*in alto sul margine sinistro*) Collatio Eccl.iae Sancti Andraeae de Tervisio. ul:mo Aug. 1370. in mense Pontificio.

³ (*a lato, in margine sinistro*) Qualiter Archidiaconus semper vocem habuit in Capitulo a ducentis et L. annis citra, Et primus, post Decanum indicto Cap.lo. (sic in margine).

⁴ (*sotto la nota precedente*) Investitura Massarii Cap.li in feudum de certis domibus in calle majori.

pro quo feudo fecit fidelitatem ipsi Can.cae et Can.cis qui nunc sunt in ea, et futuris catholicis contra omnes homines, salva fidelitate suorum anteriorum Dom.rum, quos habet.

actum Tarv. in solarario Tarvis. Canonicae. et de hoc est publicum documentum prout supra.

ex libro Maximo Arch. Capt. fol. 7. n.o 1.

Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est.

In nomine D.ni Dei aeterni (*in lato sinistro*). Anno Dominicae Incarn. MCXXIV. 9. die Ap.lis. ind. 2. exemplum ex autentico exemplo sumptum, in quo sic continebatur.

In Xp.i nomine (*a sinistra*), placuit, atque convenit inter D. Gompoldum dei gratia Tarvisiensis eccl.iae e.pum, Arnaldum Archidiaconum, Adelbertum Praepositum, Johanem Decanum, petrum presbyterum et Capellanum Canonicae Eccl.iae et Canonicae S. Petri de Tarvisio (*cancellato*): una cum consensu caeterorum Fratrum insimul, cum Melione eiusdem eccl.iae, et Canonicae advocato, nec non et dominicum, qui maliavaca dicitur, negotiatorem, ac civem urbis Tarvisii, ut in Dei Nomine debeant⁵ dare, sicut ad praesens dederunt ipse jam dictus D.nus Gompoldus e.pus, cum jam dictis Arnaldo Archidiacono et adelberto Praeposito, et Johane, et Petro Praesbyteris Can.cis, et confratribus insimul cum jam dicto Melione eorum, et eiusdem Can.cae Advocato jam dicto Dom.co et eius haeredibus ad fictum et censum redendum livellario nimine usque ad annos XX. et novem expletos et postea sine ullo servicio, vel aliqua dacione ad renovandum in ista convenientia pecias duas de terra cum hedificiis, casalinis et arboribus super se habentibus, et curticellis et ortu, et cum introitibus et exitibus suis usque in via publica, quae iuris predictae Canonicae sunt, posite infra urbem Tervisinam in locis pignano et viole prima quarum posita est in jam d:to loco pignano coheret ei a mane tera E.patus S. Petri et heredum lanzoni iudicis, . . .⁶ ab alio latere S. Petri a tercia heredis terononis a quarta firmante, in viole.

Eisque allia sunt coherentia, ea ratione, ut amodo in antea ipse Dominicus, et sui heredes usque in saprascriptis 20. et 9. annis expletis et postea sine ullo servicio ad . . .⁷ aut quibus ipsi dederint, ex frugibus et usus earum rerum vel censu que ex ipsis rebus annue dominus dederit, sive de operibus, vel redditibus, quidquid eis fuerit opportunum sine omni contradictione predicti D.ni Gompoldi E.pi et predictorum Canonice et eorum advocati, vel successorum eorum, vel predictae Canonice partis, ita ut per eos melioventur et non pejorentur, et persolvere exinde debeant per singulos annos per omnem festivitatem S.cti Martini argenti denarios bonos venete monete soldos tres, et amisere unum tale, quale vel est in ipso loco amisere dare, dato ipso amisere ipsis denariis in infrascripta Civitate Tervis., ipsi Canonice suprascripte, consignatis ipsis E.po et Canon.cis, et advocato, eorumque successoribus, vel eorum misso, vel parti ipsius Canonice, vel eorum misso . . . (*continua sul margine inferiore della carta 101. t.o*) per ipsum Dominicum, vel eius heredes, vel eorum missum alia super imposita eis non fiat, penam vero inter se posuerunt, ut qui ex ipsis, aut eorum successoribus vel heredibus non compleverint omnia, qualiter superius legitur in integrum, vel se tollere, aut relaxare ante scriptum tempus voluerint, vel si renovare in ista convenientia, et ficto, sine dacione aliqua, vel premio nolluerint, supra legitur, componat pars parti fidem servanti penam argenti denar. Venet. monet. libre C. et post penam solutam, et compositam presens hic libellus usque ad prefinitum tempus in sua maneat firmitate. et nec nobis liceat ullo tempore nolle quod volumus, sed quod a nobis semel factum, vel conscriptum est, inviolabiliter manere promittimus, inconvulsa cum stipulatione subnixa. . . .

⁵ (*più sotto*) Investitura cuiusdam livelli in Tervisio facta per Can.cos Eccl.iae Terv. vid.t Dominico dicto maliavaca. 1124. 9. Ap.lis. (*prosegue a matita*. da fare: data errata).

⁶ (*integrazione: a lato, un margine sinistro*) . . . a sera terra Pezzemani, a septentrione terra S. Petri Feltrensis eccl.iae, et heredum q. Dominici Lilik, et heredum q. Acelini, a meridie via publica percurrete, et similiter terra Pezzemani adiacente, secunde pecie de terra posite in jam dicto loco viole, coheret a mane terra pernoldi, ab alio . . .

⁷ (*come sopra, e continuando*) . . .renovandum in ista convenientia, et ficto predictas duas pecias de terra cum casis et edificis super se habentibus cum corticellis, et hortu, et ingressibus suis usque in viam publicam, sicut superius legitur, et decernitur in integrum habere et detinere debeant, et faciant inibi ipsi et sui heredes, aut quibus . . .

Actum in Montebelluna . . .

(*segue sul margine inferiore della seguente carta 102.*) Montebelluna iuxta Capellam positam in varda feliciter.

Ego Petrus Presbyter scripsi,
 Ego Gompoldus Terv. E.pus confirmavi.
 Ego Adelpertus Praepositus ma. m. scripsi.
 Ego Joh. Decanus m. m. scripsi
 + hec crux signum manus D.ni Melionis Advocatis (*sic*), qui hoc signum crucis fecit.

Signa pro impositione man.m ssssss istorum Adalrici, Coldebraco, Adelmarij filii Andree, Teudisci, Almerici filii Pagani lege Romana viventium seu et Viviani, et Arponi Gr. fil., Vitylelmi de Montebeluna, et Joh. filii Adelberti de Costa testium.

Ego quidem Oprandus Notarius hoc exemplum ex authentico sumpsi, et scripsi, in quo continebatur sic sicut supra

In nomine D.ni. amen⁸. Anno eiusdem MCCCXXXV. indic. 3. die 9. intrante Septembris Hoc exemplum per me Artasium subscriptum Not. Sumpsum ex authentico suprascripti Notarii, D.no Paulo de Muto iudici, Vicario D.ni Petri de Vermo Pot. Tervisii insinuatum fuit, et in eius presentia per me ipsum Notarium, et Petrum Taddeum, et Nicolaum subscriptos Notarios ipsum diligenter, cum autentico auscultatum, et cum iudex ipse cognoverit ipsum exemplum cum authentico per ordinem concordare, ut adhibeatur eidem exemplo de cetero plena fides, suam et Comm. Terv. auctoritatem interposuit et dyscretis mandans dictis Notariis ut in rei Testimonium se subscriberent (*fin qui sul margine inferiore di c. 102*).

(*quinto fascicolo - carta 102.*)

ex lib. F. Arch. fol. 18. Actorum R.di Cap.li Tarv.ni

In Xp.i nomine Amen. (*in margine sinistro*) Cum nos Petrus paulus Decanus, et Capitulum eccl.iae Tervisinae duxerimus admonendum infrascriptum Presbyt. Dn.cum per nostras publicas et patentes litteras, quarum tenor talis est⁹,

Petruspaulus Decanus etc. et ponatur per totum.

Et ipse Presbyter Dominicus velut inobedientie filius reversus non fuerit ad resedendum juxta monitionem nostram suprascriptam. et ideo non valentes nec debentes ulterius ipsius Presbyt. Dominici absentiam nec contumaciam tolerare in prejudicium n.ri capituli et detrimentum non parvum capellae seu altaris S. Xp.ofori suprascripti, Xp.i nomine invocato, de cuius vultu recta procedunt iudicia, sedentes pro tribunali Tervisii ubi dicitur Capitulum n.rae eccl.iae Tarv. predictae, prefatum Presbyterum Dominicum monitum et citatum ad hanc n.ram sententiam audiendam, licet absentem; quamvis ultra terminum de benignitate diutius expectatum, cuius absentia dei presentia repleatur, dicto Benefitio, seu altari S. Xp.ofori, cuius institutio, et collatio, seu quevis alia dispositio ad nos pleno jure, salvo patronis predictis jure presentandi, . . .

⁸ (*la nota è a lato, sul margine sinistro; il riferimento è presunto*) legitur, excepto, ego Olverudus Judex interfui, ut, et scriptum est, legi, et litteras minus pluresve, verum sic esse recognovi.

⁹ (*a lato, in margine sinistro*) Sententia privationis facta per Capitulum Tervisinum contra Presbyterum Domi.cum Beneficiatum in altari S. Chistofori Eccl.iae S. Johanni de rippa. 1382.

S. Jabobi et Snc.i Chistofori titulo recensetur hoc altare in X.marum nota An. 1467.

V. Clericat: de iurisdic. D. 54. n. 23. pag. 209. ubi "quod cappellania est conferenda ab illo, ad quem spectat collatio eccl.iae, in qua fundata et." V. ibi.

V. Fundationem Capelle in Eccl.ia S. Andreae ad Altare S. Luciae 1355. 21. Martii. lib. olim Ant.o Prati c. 24.

V. Fol. 13. lib. F Act.m Collationem vece institutionem eiusdem Altaris, seu clericatus factam a Cap.lo

dignoscitur pertinere, omni jure, meliori modo, et forma, quibus melius possumus, et per nos fieri potest, vigore nostrarum litterarum, et monitionum privamus, et privatum fore et esse pronunciamus, ac declaramus sententialiter in hijs scriptis, decernentes per predictos Patronos ad presentationem alterius Sacerdotis nobis presentandi, posse procedi, et postmodum per nos ad admissionem dicte presentationis fiende, et collationem dicti Beneficii seu altaris S.cti Xp. ofori predicti procedi posse et debere secundum morem et consuetudinem nostre Eccl.ie Tarv. prelibate.

Lata, data, et pronunciata fuit dicta Sententia per dominum Petrumpaulum Decanum supradictum, praesentibus d.nis Anthonio, et Bartholomeo facientibus Capitulum una cum eo, et ipse D.nus Petrus, cum eis et ipsis consentientibus et volentibus, nemine discrepante, presentibus D.no Presbyt. Jacobo Bagatini, Thesaurario, Presbytero Nicolao de Petrarubea, Presbytero Jacobo Currente Ann. D.ni MCCCLXXXII. ind. V.

In quadam Scheda Cancellariae Episcopalis (*verso sinistra*)
haec leguntur.

Beneficia ad Collationem Capituli Tarvisini, et pr.o

Plebs S. Jo: Baptistae de Domo habet duas partes.

Ecclesia S. Bartholomei cum Ecclesia S. Jo. decolati de Spineta annexa

Eccl.ae S. Andreae cum Capella S. Luciae in d.a Eccl.ia.

Ecclesia S. Jo: de Ripa cum Altare SS. Jabobi et Christophori etc.

Eccl.am (*sic*) S. Bonae cum Clericatu suo etc.

Plebs S. Jo: Bapt.e de Medulo cum Clericatu suo etc.

S. Agnetis Ecclesia ultra Rectorem alium Presbyterum a Cap.lo eligendum et instituendum habuisse patet ex Testam:o Pb.ri Jo: Ricii, quem vide inter chartas illius Eccl.ae.

(- carta 102. tergo)

Ex libro A. Maximo Membranaceo Archivi Capitularis fol. 39. t.go

Mill.mo, CCC. XI. (*fin qui in margine*) indic. nona die Martis nono autem Mensis Marcii, presentibus D.no parisio Canonico Tervisino de lay de verona, qu. Anthonii Falconerii, Nicolao filio q. Johanis de Franchis, Odorico Zopelario de burgo S. Marie majoris et aliis.

R.dus vir D.nus Bonacursius decanus Eccl.ie Terv, cum bireto suo, quod tenebat in manu pro se vice et nomine Capituli et Canonicorum Ecc.ie Tervisine, et tanquam Ordinarius investivit¹⁰ Presbyterum Guecellum qui fuit de fara de cura et administratione populi, eccl.ie, seu capelle Sancti Andree de Tarv. dans et concedens auctoritate sua, et dict.um Capituli et Canonicorum ipsi Presbytero Gueceloni plenariam licentiam, et parabolam, quod in ipsa Eccl.ia S. Andree ipsi populo celebrare possit divina, et cum fuerit necesse, ministrare ecclesiastica Sacramenta, et quod ipse presbyter Guecello teneatur in die judicii pro ipso D.no Decano de cura et administratione ipsius populi reddere rationem.

Actum Terv. in contrata de Domo, in domo habitationis dicti D.ni Decani.

Anno Domini MCCCXLVI. indict. XIV. die sabbati undecimo Febrarii Tarv. in palatio Comunis in Camera infrascripti D.ni Vicarii,

presentibus Albino q. Berandi de Glausino, Barthol. q. Johanis de la Mota Notariis et aliis, hoc instrumentum sumptum per me Trivisium petribazalerii not. ex abbreviationibus qu. Tarsendonii qu. Seravali bonacii not. vivis et non cancelatis, discreto et sapienti viro D.no henrico de Peldegricis de Regio Judice Vicario, et assessori nobilis et sapientis Viri D.ni Andree cornario de mandato ducali potestati et Capitaneo Tar. insinuatum fuit . . .

¹⁰ (*a lato, in margine sinistro*) Investitura certe eccl.ie S. Andree de Ripa facta per Decanum Tervis. 1311. 9. Mart.

et coram eo per me ipsum Trivisium not., una cum infrascriptis Albino, et Barthol. Notariis simul cum dictis abbreviaturis diligenter, et fideliter ascultatum, qui D.nus Vicarius, cum cognovisset ipsum instrumentum cum dictis Abbreviaturis per ordinem concordare, ut eidem instrum.to adhibeatur de cetero plena fides suam et com.Tervisii auctoritatem interposuit, et decretum: precipiens predictis Albino, et Barthol. notariis quod ipsi instrumento cum Signis suis solitis subscribere se debeant.

Ego Albinus q. Berandi de Glausino sacri palat. Not. hoc instrumentum sumptum per infrascriptum Trivisium not. ex abbreviationibus dicti q. Tarsendonii not. vivis et non cancellatis una cum ipso Tarvisio p.Bartholomeo Notariis coram dicto D.no Vicario diligenter et fideliter ascultatum cum dictis abbreviationibus concordare inveni de precepto dicti D.ni Vicarii in eiusdem instrumenti plenam fidem et testimonium cum signo meo solito me subscripsi¹¹.

Ego Bartholameus qu. Joh. de le motte sac. Pal. Notarius hoc instrumentum sumptum per infrascriptum Trivisium Not. ex abbreviationibus q. Tarsendonii vivis, et non cancellatis una cum ipso Trivisio et infrascripto Albino notariis coram dicto D.no Vicario diligenter, et fideliter ascultatum cum dictis abbreviationibus, et quia ipsum instrumentum cum dictis abbreviaturis concordare inveni de precepto dicti D.ni Vicarii in eiusdem instrum.ti plenam fidem, et testimonium cum signo meo solito me subscripsi¹².

Ego Trivisius petribazalerii Sacri palatii Notarius hoc instrumentum ex abbreviationibus q. Tarsendonii q. Seravali bonacii not, vivis et non cancellatis mihi concessum per Nob. et Sapientem Virum D. Nicolaum de Proris de ducali mandato pot. et Capitanei, ut in carta concessionis cripta per menegellum Ingoldei de Lignamine Not. plenius continetur nil addens, vel minuens, quod sententiam mutet, vel variet intellectum, prout inveni, bona fide, et sine fraude, scripsi, et in publicam formam redegi, et posmodum ipsun instrumentum cum dictis abbreviaturis, Coram dicto D.no Vicario, una cum suprascriptis Albertino, et Bartholomeo Not. diligenter diligenter et fideliter ascultavi. Et quia ipsum instrm.tum cum dictis abbreviaturis per ordinem concordare inveni, de ipsius D.ni Vicarii mandato in eiusdem instrumenti plenam fidem, et testimonium signo meo solito me subscripsi¹³.

ibidem carta 42. Tergo. n.o 2.

Millesimo tercentesimo duo decimo in dic.e 10. die Mercurii primo m.is Martii¹⁴
praesentibus Magistro Alberto fisico filio q.m Magistri pacis fisici, et Auono Clerico filio q.m Domini Bonincontri de Arpo Doc.is Legum, Nicolao Clerico familio infrascripti D.ni Decani, et aliis.

Reverendus Dominus Bonacursius de Arpo Decanus Ecclesie Tarvisinae, presente Praesbytero Gabriele Rectore Ecclesiae, seu Capelae S. Joannis de Ripa, revocavit, et cassavit, et irritavit duas literas directas ipsi Praesbytero Gabrieli ex parte ipsius D.ni Decani, in una quarum inter caetera continebatur quod ipsum Praesbyterum Gabrielem¹⁵ (1) ab officio suspendebat, . . .

¹¹ (*a lato, in margine sinistro*) (signum Albini)

¹² (*come sopra*) (signum Barthol.)

¹³ (*come sopra*) (signum Trivisii)

¹⁴ (*come sopra*) 1312. p.o Marzo. Revocat Decanus Litteras per quas suspendit ab officio, et beneficio Praesbyterum Gabrielem S. Joannis de Ripa.

¹⁵ (*come sopra*) (1) Suspendio dividitur in suspensionem ab officio: - in suspensionem a Beneficio
- et in suspensionem ab officio, et beneficio simul.

donec per ipsum Praesbyterum Gabrielem constaret de innocentia sua, vel purgatione Canonica, et in alia inter cetera continebatur quod ipsum Praesbyterum Gabrielem ab Officio¹⁶ (2), et Beneficio¹⁷(3) suspendebat¹⁸ (4), et ipsum Praesbyterum Gabrielem, volens mitius agere cum eodem, in pristinum reducebat, ita quod ex ipsis Literis et contentis is eis sibi non debeant prejudicium imposterum aliquod generari.

Actum Tervisii in camera de Domo in domo Abitationis dicti D.ni Decani.

Anno Domini millesimo tercentesimo duodecimo quadragesimo sexto indic.e XIV. etc.

(quinto fascicolo - carta 103.)

Ex libro sign.to F. Arch. Cap.Iris pag. 65. et segg.

Anno Salutis et gratiae (*sin qui in margine*) 1481. indict. 14. die Sabbati 30. Mensis Junii hora Missarum Tarv. in Sacristia Magna Eccl.iae Cathedralis¹⁹,

praesentibus Ven. viris d.no presbytero Bernardino Bergomino etc. etc.

Quoniam ad instantiam et requisitionem Virorum Venerabilium D. Presbyteri Joannis de Christianis Praebendato in d.Cathedrali eccl.ia, et D. Hieronimi Bononii Clerici Tarv. rectoris eccl.ae Parochialis S. Jo: de Rippa amborum praetendentium prè certis suis justis, et honestis et opportunis causis animum suum moventibus certa eorum beneficia ad invicem permutare, quae beneficia ipse Praesbyter Jo: et Hieron. habent, tenent, et in portione pacifice possident: citari, et convocari capitulum Can.corum predictae Eccl.ae Cathedralis R:do Pyleo Vonico juris Pontificii Doctori Decano d.tae ecclesiae et Capituli, cui huiusmodi citatio, et convocatio pleno jure spectat et pertinet: sibi hodie et pro hora vesperarum opus erat.

Idcirco, quia nusquam in loco Nuncius d. Cap.li juratus reperiebatur, et ut accepit extra urbem certis suis negotiis occupatus erat pro missa Sua nova.

Ipsa D. Decanus, audiitis et optime intellectis per ipsum justis et honestis petitionibus dictorum Presbyterorum Jo: et Hieron: sic instantium, et petentium, omnibus melioribus modo, via, Jure, et forma, quibus melius, et validius potuit et debuit de jure, elegit, creavit, fecit, et constituit, et ordinavit pro his permutationibus tantum faciendis, suum ed d.ti Capituli nuncium. et citatorem rerum et indubitatum Ven. virum D. presbyt.tum Bartolomeum de Guardis praebendatum in d. eccl.a Cathedrali ibi praesentem, consentientem, et acceptantem, cui quidem Presbytero Bartholomeo in dictorum testium praesentia p. ipsum R.dum D. Decanum jusjurandum illico delatum est de bene et fideliter ac legaliter exercere officium suum in citando et convocando capitulum, et de citatis Can.cis de eorum responsionibus juste et recte relationem facere, et quidquid per ipsum D. Decanum impositum fuerit bene, et diligenter facere.

Qui vero Presbyter Bartol. de Guardis manu tactis scripturis, ad S. D. E. juravit se suum officium in citando et referendo recte, juste, ac legaliter, amoto odio precio amore et timore exercitaturum, quae per ipsum D. Decanum commissa fuerint.

De quibus omnibus et singulis suprascriptis D. Decanus me Not. et Cancellarium d. Capituli requisivit, ut sibi publicum Conficerem instrumentum. . . .

¹⁶ (*come sopra, e poi continuando dopo est sul margine inferiore*) (2) Suspendio ab officio est est, qua Clerico prohibetur exercitium suorum ordinum, vel aliarum functionum ipsi ratione Ordinis competentium.

¹⁷ (*continuando sotto, sul margine inferiore*) (3) Suspendio a Beneficio est, qua Clericus prohibetur percipere fructus Beneficii.

¹⁸ (*sotto la nota precedente*) (4) Suspendio ab officio et beneficio simul simul est, qua Clerico prohibentur jura utriusque, officii scilicet et Beneficii etc. . . .

Suspendio absolute, et sine ulla limitatione imposita est censenda totalis sic enim est intelligenda dispsitio v. "cum Bonae" 8. de aet. et qualit. et Clement. 2. D. "Quibus de priv." etc. Ferraris in Biblioth. V. Suspendio Art. I. V. Reifestuit (?) Lib. V. tit. 39. n.o 162. ubi "Suspendio ab officio dicitur ea, qua prohibetur executio ordinum etc." Laynan. l. I. tra. 3. P. 3. Cap. I. n. 2. Pinlaiugh Fr. t. n. 198. pag. 280. To. 4.

¹⁹ (*a lato, in margine sinistro*) 1481. V. pag. 129. ubi Hieronymo Bononio Juris Scholastico Cle. Tar. collata refertur Ecclesia Musani. ellectio Nuncii jurati Cap.li

Supradictis Mill.mo Indict. (*in margine sinistro fin qui*) et die. Hora Vesperarum Tarvisii in Thesauraria Eccl.iae Cathed. Tarv.²⁰ coram R.do Patre et D. D. Pileo Vonico juris Pontificii doctore Decano Eccl.iae Cathedr. Tarv. comparuit et se personaliter constituit Ven. Vir. D. Presbyter Joannes de Christianis Praeben. in eccl.ia cath. Tarv. et rector Praebendae Sacerdotalis de Consyo in ecclesia praedicta fundata, cupiens praefatam suam Praebendam de Consyo, de qua ipse fuit investitus, ipsam pacifice et quiete de praesenti habet, tenet, et possidet, ex certis suis justis rationibus causis animum suum moventibus permutare cum beneficio et eccl.a S. Jo. Evangelistae de Ripa, de Tarvisio, quod et quam²¹ D. Hieronimus Bononius Clericus Tarvisinus de praesenti habet, tenet, et pacifice possidet,

dictae Praebendae Sacerdotali de Consyo cum omnibus juribus suis et pertinentiis universis sponte, et libere, et expresse in manibus prefati R.di D. Decani per traditionem cartae ex causa permutationis ad invicem fiendae cum D.no Hieronimo Bononio de Beneficio, seu Eccl.ia parochiali S. Joannis Evang. de ripa de Tarv. ibi praesente, et predicta omnia confitente, affirmante, et acceptante renunciavit, et aliter non: ipsamque praebendam de Consyo resignavit, praemissa tamen protestatione solemni, quod casu, quo huiusmodi beneficium, seu eccl.iam S. Jo: Evang. de ripa consequi non posset, vel ipsa permutatio quovis modo loccum non haberet, ista sua renunciatio non valeat, immo pro nulla habeatur, ita quod si facta non fuisset, et praedicta sua praebenda de Consyo remaneat salva, ac ad ipsam praebendam redire possit ad suum beneplacitum; et aliter non intendit renunciare, nec alio modo nisi modo praedicto.

Quam quidem Renunciationem, et Resignationem cum protestatione modo praemissa factam per prefatum D. Presbyt. Joannem de Christianis idem D. Decanus prius per ipsum d. Presbyt. Jo: de Christianis jusjurando delato, quod in permutatione huiusmodi nulla fraus, dolus, et Symonia provenit: sed solum ex justis et rationabilibus causis procedit, omni meliori modo, via, jure, et forma quibus melius potuit, et de jure debuit acceptavit pariter et admisit.

Ultrascriptis Mill.mo (*sin qui, in margine sinistro*), Indictione, die, et hora:

Congregato Capitulo in Thesauraria Eccl.ae Cathed. Tarvis.^{e22}: praesentibus Vener. viris, D. Presbyt. Petro de Brandusio Thesaurario d. eccl.ae, et Presbyt. Laurentino Praebendato in d. eccl.ia,

R.do Capitulo antedictae Eccl.ae Tarvis. Cathedralis ad instantiam et requisitionem Ven. viri D. Hieronimi Bononii Rectoris Eccl.iae Parochialis S. Jo: Evangelistae de Ripa de Terv. per citationem presbyter. Barthol. de Guardis nuncii jurati de more dato et expresse consensu R.di Patris, et D. Pylei de Vonico Juris Pontificii doctoris, Decani eccl.iae prae.ctae cathed.lis cui quidem Capitulo interfuerunt p.o idem R.dus D.nus Pileus Vonicus Decanus, et RR. PP. et DD. Franciscus de Vulianis, Fran.cus Novello artium et decretorum doctor, Fran.cus Azallis, omnes Can.ci d. eccl.ae et in ordinibus sacris constituti habentes vocem in dicto Capitulo, constituentes et repraesentantes totum, et verum Capitulum, cum nullus alius esset in dioecesi, Civitate, Eccl.a, seu aliquo in loco, qui de jure, aut de ipsorum Canonicorum, et Capituli consuetudine ad d. capitulum evocari possit, et debeat praeter D. Bartholomaeum de Roverio, Can.cum d. eccl.ia, qui tamen citatus ad d. Capitulum venire non procuravit: prout retulit d. Nuncius mihi Not. publico et cancellario d. Capituli, in praesentia dictionum testium, clareque ac viva voce affermavit.

Coram prefatis DD. Decano, Can.cis, et Capitulo comparuit vir doctissimus, ac honestus ac Venerabiles Dom.nus Hieronimus Bononius Clericus Tarvisinus, et rector Eccl.ae Parochialis S. Jo: Evang. de Ripa de Terv. cupiens praefatam suam Eccl.iam, etc. permutare cum beneficio, et Praebenda Sacerdotali de Consyo sita in Eccl.ia Cathedr. Tarv., etc. sponte, libere, ac expresse in manibus DD. Decani, Canonicorum et Capituli per traditionem Cartae etc. renunciavit, et aliter non; ipsamque eccl.am, et Beneficium S. Jo: resignavit, etc. . . .

²⁰ (*come sopra*) Renunciato Praebendae de Consyo causa permutationis cum eccl.ia Parochiali S. Jo: a Ripa per Decanum admissa. 1481. 30. Ju.

²¹ (*a lato, in margine sinistro*) *esiste una nota cancellata e illeggibile, per altro qui richiamata nel testo.*

²² (*sotto la nota cancellata*) Renunciatio Eccl.iae S. Jo: Evangelistae causa permutationis cum Praebenda de Consyo per Cap.lum admissa.

Quam quidem Renunciationem, et Resignationem, una cum protestatione, modo praemisso factam etc., per ipsum D. Hieronimum idem D. Decanus, uti major, et dignior, et primus in d. Capitulo, nomine suo, et praedictorum Dominorum Can.corum, et Capituli, nemine ipsorum discrepante, prius etc. acceptavit et admisit.

. . .

(- carta 103. tergo)

Vacante Beneficio, seu (*fin qui in margine*) Eccl.a S. Jo: Evang. parochialis cum cura animarum de Rippa de Tar:io per liberam, et spontaneam Renunciationem, et Resignationem factam per D. Hieronimum Bononium ultimum, et immediatum rectorem, et pacificum possessorem animo tamen permutandi cum praebenda praed:tam Sacerdotali de Consyo sita in eccl.ia cathedr. Tarv., et per nos admissam²³: cuius Eccl.iae et Beneficii S. Jo: Evangelistae de Rippa Collatio, provisio, institutio, et destitutio, et animarum curae contributio ad R:dum Cap.lum Tarvis. pertinet et spectat pleno jure, ad praesentationem R.di D.ni Francisci art. et decret. doctoris Novello procuratoris reverendi D.ni Jo: Cornelli Archidiaconi, cui spectat pleno jure, et pertinet jus eligendi, et praesentandi ratione sui Archidiaconatus eccl.am praed:tam S. Jo: Evang. de Rippa, seu beneficium, vacatantem, et vacans modo praedicto: sive alias quocumque modo Presbytero Jo: de Christianis coram R:do D. Decano, Can.cis, et Capitulo genibus flexis existenti, et humiliter petenti et requirenti, per impositionem bireti, per manus D.ni Decani, de consensu praedictorum DD. Can.corum et Capituli, nemine ipsorum discrepante, contulit, et de ipsa ecclesia, seu de ipso beneficio providit, et contulit, investivit: accepto a d: Presbyt. Jo: Juramento de obedientia servanda, et reverentia etc., et de servandis Statutis, etc., deque non alienandis bonis etc. et de praesentem collationem accipiendo, et ponatur in forma.

Vacante Praebenda Sacerdotali (*sin qui, in margine sinistro*) de Consyo in eccl.a cathedr. Tarv. fundata, per liberam et spontaneram renunciationem et resignationem per Presbyt. Jo: de Christianis ul.m et immediatum rectorem et pacificum possessorem²⁴: animo tamen permutandi cum eccl.ia Parochiali S. Jo: de Rippa; et admissam p. R:dum D.num Decanum tarvisinum, cuius praebendae Sacerdotalis de Consyo ellectio, collatio, provisio, institutio et destitutio ad R:dum D. Decanum eccl.ae cathedr. Tarv. spectat, et pertinet pleno jure: praebendam praed:tam de Consyo in eccl.ia cathedr. Tarv. vacantem modo praedicto: seu alias quocumque modo vacet, D.no Hieronimo Bononio Clerico Tarv. coram R:do D.no Pileo Vonico Decano genibus flexis existenti, et acceptanti per impositionem bireti contulit, et de ipsa praebenda investivit, et sibi providit: accepto juramento de servando obedientiam etc. praesente D.no Fran.co Novello Can.co Tarv. dictis non consentiente, et protestante, dicente quod electio, et praesentatio dictae Praebendae pertinet et spectat ad Domum et Familiam Suorum de Novello²⁵. “Nam fundator d. Prebendae fuit de domo illorum de novello, a qua ipse et fratres sui originem habuerint, quam originem loco, et tempore demonstrare in suis loco et tempore se reservat etc.”

Eodem die et paulo (*al solito, fin qui in margine*) post in Apotheca ad Signum Annuntiationis posita in Capite Callis majoris ex opposito percorsi (*corretto così,, sopra una parola cancellata*).

Praesent. Ven Viris DD. fran.co de Vivianis Can.co Tarv. et D.no Fran.co Novello artium et decret. doctore testibus rogatis, et aliis

Coram R:do D.no Pileo (*fin qui, in lato sinistro*) Vonico Jurispontificii doctore Decano Tarv:no comparuit R:dus D. Hier. de Bononia Clericus Tarv. et rector Praebendae Sacerdotalis de consyo, et ibidem exposuit, qualiter pro certis suis justis, et rationabilibus causis animum suum moventibus ipse volebat renunciare²⁶ in manibus prefati D. Pylei de Vonico Decani, et patroni dictae Praebendae de Consyo cum hac tamen conditione, et ad hunc finem, . . .

²³ (*a lato, in margine sinistro*) Collatio Eccl.ae S. Jo: a Rippa

²⁴ (*come sopra*) Collatio Praebendae de Consyo

²⁵ (*come sopra*) pretesa Novello

²⁶ (*come sopra*) Resignatio Praebendae de Consyo ad favorem admissa p. Decanum Patronum

ut D. Thadius a Casellis rector Eccl.iae S. Agnetis de Tarv. de ipsa praebenda de Consyo investiat, et aliter non etc.

Quam quidem Renunciationem etc. acceptavit pariter et admisit etc.

Ibique etc. die ultrascripto (*sin qui, in margine sinistro*)

p.d.tis Testibus.

Vacante Praebenda Sacerdotali de Consyo per liberam resignationem etc. et p. D. Decanum admissam, cui praebendae de Consyo electio, collatio, provisio, institutio et destitutio pertinet et spectat pleno jure: praebendam praedictam vacantem modo premissa seu alias quomodocumque vacet D. Thadio de Casellis rectori Eccl.ae S. Agnetis coram praefato D.no Decano constituit, petenti humiliter et acceptanti etc. et recipienti per impositionem bireti suo capite factam contulit et actualiter investivit ac quoque de ipsa providit²⁷: accepto tamen juramento, manu tactis Scripturis, de obedientia et fidelitate observanda etc.

Ex processu q. (X) fol. 4 (*in margine*) **lib. A. Max.** fol. 54.t.go.

1308. 3. Aprilis (*a lato sinistro*) D. Bonacursius Decanus Eccl.ae Tarv. commisit Presbytero Antonio de Tarvisio curam populi Eccl.ae S. Jo. Baptistae de Medulo pertinentis, ut dicitur, pleno jure Cap.lo Tarv:no.

Ex libro Rationum Thesaurariae in Arch. Cap.lri extra signato 1528. ad. 9.

Dat. 23. dicto (ottobre) (*a lato sinistro*) fu violato il Sagra del Domo da li lionì per esser li sta morto un vilan da Casal, et fu fatto riconciliar de mandato R.di Cap.li et li venne il R:mo E.po Millopoten.

(*in centro*)

1466: 27. Sept.

Fundatio et Collatio prima Prebende Bortolucci Pb.ri cum reservatione juris patronatus; ea omnia ordinaria solius Cap.li auctoritate peracta fuerunt.

(*verso sinistra*) **lib. III.** c.35. t.o

1482. 13. Sept. Capitulum decernit quod Capella S. Gabrielis fundata in Cathedr. ex opposito Capelle S. Joseph per illos q. de Roncinellis destruat, servato altari, et lapides convertantur ad ornatum ipsius altaris etc

(*verso destra*)

ibi c. 83. t.o Lib. Act. III.

1403: Memoria Missarum celebrandarum per Pb.rum Jo: pro D. Archidiacono pro sua Prebenda Canonicali Archidiaconatus.

. . .

(*quinto fascicolo - carta 104.*)

ex. (*in margine*)

ex Archiv. Cap.li Processu SS. (XII)

1867. 3. Febr.ro in Sacristia (*in margine a sinistra*) piccola della Cattedrale di Treviso . . .

²⁷ (*come sopra*) Collatio eiusdem Praebendae.

presentata dal Comun della Villa de Preganzuol di questo Territorio instando per la sua esecuzione in quanto etc. et questa presentazione fu fatta da ms. Dome:co Battaja come huomo di d:t Commun, da Rv. Menego statuto Meriga di d:ta Com.

Essendo (*in margine*) noi poveri, et afflitti huomini del Comun della villa de Preganzuol comparsi avanti all' Ill.mo e Rev.mo Vescovo Sanudo co il supposto che aspettasse a S. Sg.a et Rev:ma il provvedersi alli disordini gravissimi, che con scandalo di tutto il nostro populo, et pregiudizio dell'anime de medesimi vengono commessi dal Rev:mo S. Antoni Princivali nostro Curato, ma havendo dallo stesso Ill:mo et Re:mo Prelato riceputo risposta, che ad esso non aspetta tal'ingerenza, ma che essendo questo Stato eletto dal Rev:mo Capitolo, et Can.ci di questa Cattedrale dovessimo far il nostro ricorso avanti d'esser per tanto humilmente comparsi noi huomini del sud:to Cumun a nome del medesimo suprichiamo V. S. Re:ma degnarsi prender qualche espedizione, che ad esse sarà stimato più proprio, o col conferirsi in Visita, o col farsi processo per levare quelli scandoli, et per effetto di giustizia, et per salute dell'anime nostre etc.

Ex Pergamena Archivij (*in margine*) Capitularis in fasciculo

Nos Philipus (*in margine*) de Clarutis de Venetiis Joannes Delphino de Veneciis, Joannes de Aumano de Veneciis, Jacobus A Cabalis de Tarvisio, Petrus Benedictus de Tarvisio, Joannes Donatus del Corno de Tarvisio, et Nicolaus Scolasticus de Tarvisio Omnes Canonici Ecclesiae Cathedralis Tarvisinae facientes residentiam personalem in eadem, Decano, et alis Canonicis in remotis agentibus:

Universis, et Singulis presentes Literas inspecturis gratiam in praesenti, et gloriam in futuro. Cum propter animarum pericula, et scandala, quae pluries occurrerunt propter appostatantes merito debeat inquiri, utrum Sacerdotes se conferentes ad loca peregrina vere sint Sacerdotes Seculares, et rite ordinati, secundum formam traditam a Sacrosanta Romana Ecclesia; ea propter universitati vestrae fidem facimus per presentes quod Presbyter Nicolaus q.m Stefani Cerdonis de Tarvisio Lator presentium, qui Literas promotionum Suarum Casualiter amisit, ab etate puerili in nostra Ecclesia Tarvisina notritus, et educatus, in ipsa suscepit primam Tonsuram, et abitum primum ordinis Clericalis, suscepitque quatur minores ordines, Subdiaconatum, Diaconatum, et Sacerdotium inclusive statutis tamen a jure temporibus, et in ipsa Ecclesia fuit honorabilis Mansionarius, et Prebendatus, et suam cantavit Missam Novam in eadem, et alias bene, et honeste ultra annos decem vixit in praedicta, de cujus virtutibus, et scientia ex conversatione, familiaritate, ac benevolentia Mutua plenissime nobis constat, quam merito universitati vestrae cum omni fiducia, et devotione desposuimus comendare²⁸.

In quorum fidem, et testimonium presentes fieri fecimus per Joannem Donatum de Corona Curiae Episcopalis Tarvisinae Notarium, et Sigilli Nostri Capituli fecimus appensione Muniri.

Datum Tarvisii die 25 Mensis Julii 1422. Indicione 15, Pontificatus S.S. in Christo Patris, e D.ni Nostri Domini Martini divina Providentia Papae 5.ti anno quinto.²⁹

(- carta 104. tergo)

Ex Libro Signato F. archili Capitolari C. 13.

Eisdem milesimo, et inditione die 2:do Mensis Octubris Tervisj in Ecclesia Tarvisina,

. . .

²⁸ (*a lato, in margine sinistro*) 1422. Testimoniales Capituli de Vita et Moribus Nicolai q. Stefani Cerdonis Mansion. et de ordinibus sacris ab eo susceptis.

V. in Actis Capitul, 1790. 11. Maii Testimoniales concessae Rectori S. Gregorii.

V. Anno 1350. P.º Jan. Licentia eundi Romam et testandi concessa Rectori S. Agnetis Pb.ro Hendrico.

Rot. Membr.

²⁹ (*di traverso, stesso margine*) Joannes Donatus de Corona Curiae Episcopalis Tarvisinae Notarius de Mandato quae supra scripsit.

praesentibus venerabili viro domino Nicolaò Archidiacono Tarvisino, praesbitero Lazaro, et Praesbitero Endricho dicto Abb:te, praebendatis dictae Ecclesiae Tarvisinae testibus ad haec vocatis, et rogatis, et alijs pluribus

discretus vir dominus Praesbiter Batholomius (*fin qui il testo è a tutta pagina; dopo, occupa il centro e il margine destro*) q.m Pauli de Padua praebendatus in Ecclesia Tarvisina in dictorum testium, et aliorum ac viri Thomae de romeo q. Nattarj Publici infrascripti presentia quasdam Litteras patentes Rev.ndi in Christo Patrjs, e domini, domini Petri Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Tarvisii, ejus verò, et integro Sigilo munitas, non vitiatas, non cancelatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prosùs vitio, et suspisiones (*sic*) carentes, alta Legibili et inteligibili voce Legit, e solemiter publicavit, ac deindè secedens, et ad fores majores ipsius Ecclesiae Tarvisinae veniens ipsas Litteras Lectas, et plubicatas in eisdem foribus a parte destra dum intratur cum cera patenter affixit et eas sic dimisit affixas, rogans ex iisdem per medjum Dictum Notarium publicum infrascriptum fieri publicum instrumentum, quarum quidem Litterarum tenor per omnia Superius ordinata incertus est³⁰

Ego Thomas q. D. Joanis de Romeo de Padua, nunc abitator Tarvisj, Imperiali autoritate Nottarius ijs omnibus interfui, e rogatus scribere Scripsi.

Et ibidem in continenti (*in margine sinistro; il testo continua in centro e in margine destro*) post praeditarum scripture et instrumentorum productionem praefatus D. Decanus in ipso Cap:lo, ac de voluntate de consensu praefacti Hendrici, et eo praesente non obstante tamen termino eidem Praesbitero Hendrico suprà Statuto sed ad majorem, e firmiorem cautellam, et veritatem indagandam, e dilucidandam interrogavit oretenus D. Praesbiteros Henricum Archidiaconum Jacobum Bagatinum Thesaurarium, et victorem Mansonarium dictae Ecclesiae ibidem praesentes, quid sciebant de titullo, quem haberet dictus Praesbiter Hendricus, de mansoneria aliqua in Ecclesia praedicta, et si idem unquam juraverat obedientiam, et reverentiam Decano, Canonicis, et Cap:lo exhibere, et Statuta dicta Ecclesiae servare, et etiam quid dicebat (*sic*) de infirmitate ipsius

qui responderunt ex uno ore, quod dictus Praesbiter Hendricus fuit factus, et reputatus Mansonarius in ipsa Ecclesia diù, et quod diù fuerat infirmus, sed tamen videbant eum extra Ecclesiam alia negotia temporalia exercere, ita quod credebant etiam ipsum posse, et potuisse tunc spiritualia sibi comissa in Ecclesia exercere. De juramento verò dixerunt praefacti D. Archidiaconus, e Thesaurarius, quod juravit, victor verò dixit nescire, Sed bene credere ipsum jurasset, quia alii Mansonarj, et Canonici, et alij Praebendati Semper sic jurant³¹.

Eodem milesimo trecentesimo (*in margine sinistro sin qui*) nonagesimo indictione tertia decima die Lunae vigesimo quarto mensis Januarij post vespereos dicta die decantatos in Ecclesia Tervisina, Tarvisi in Canonica Ecclesiae praedictae in loco, qui dicitur Capitulum

praesentibus venerabili viro D. Praesbitero Jacobo Bagatino Thesaurario dictae Ecclesiae Praesbitero Vendramino de Opiterio, et Praesbitero Cresenbene de Mantua mansonario dictae Ecclesiae Praesbitero Jonne de Picardia ambianensis Dioecesis Praesbitero Francisco de Ceneta, e Praesbitero Nicolao de Petra rubbea Capelanis Prebendatis dictae Ecclesiae Tarvisinae testibus rogatis, e alijs³².

Ibique congregato Cap.lo Ecclesiae Tarvisinae, in quo quidem Cap:lo interfuerunt venerabiles, et 5 Circumspecti viri domini Petrus Paulus Decanus, Bartolameus de Aeglo, Bartolameus de Valente Archipresbiter Ecclesiae Savonensis in Sacris ordinibus constituti, ac Joanes Muthonus de Muthonibus de Opiterio, et Berthaldinus de Colle S. Martini in Minoribus ordinibus constituti,

. . .

³⁰ (*in margine, a lato sinistro*) 1381. Pb.r Bartholom. publicavit quasdam Litteras d. Petri E.pi Tarvis.

³¹ (*come sopra*) Inquisitio Capituli contra Pb.rm Hendricum Mansionar.

³² (*come sopra*) 1390. 24. Jan. Publicatio precessus et Sententia privationis in Pbm. Hendricum Mansion. a Cap.lo lata.

(quinto fascicolo - carta 105; il testo continua a tutta pagina)

omnes Canonici Praebendati ipsius Ecclesiae facientes, constituentes, et congregantes ipsum Capitulum, cum nullus alius ad praesens sit in dictis Civitate Ecclesia, vel Loco, qui de jure, vel consuetudine, possit et deberet ad ipsum Cap:ulum evocari, pro ut iidem D. Canonici dixerunt, et in eodem Loco constitutis Dominis Decano Canonicis, et Cap:lo causa, et in actu pronuntiandi, publicandi, et pronuntiandi Sententiam diffinitivam infra descriptam contra Praesbiterum Hendricum superscriptum.

Praefacti D. Joanes Muthonus, et Berthaldinus Canonici supradicti ad instantiam, et requisitionem dominorum Decani, Bartolamei de Aeglo, et Bartolamei Archipresbiteri Savonensis, e Cap:lorum praedictorum, Laudaverunt, aprobaverunt, et ratificaverunt omnia, et singula acta, facta, gesta, et atitata in praesenti causa per D. Decanum, et Bartolameum de Aeglo, et Bartolomeum Archipresbiterum Savonensem Supradictos, absentibus dictis D. Jonne Mutono, et Bartaldino, promittentes ipsa omnia, et singula Semper firma ratta, et grata habere, et tenere sub omnium suorum, e cuiusbidlet (*sic*) eorum bonorum praesentium, et futurorum jpotheca, et hoc praesente et ibidem existente Praesbitero Hendrico superscripto, qui ibidem ante promulgationem, et pronunziationem dictae Scententiae infrascriptae, dixit quod se offerebat, et obtulit sup:dictis D. Decano, Canonicis, et Cap:lo paratum fidem facere de infirmitate sua, et titulo suae mansonariae, et Praebendae, pro ut, et Secundum quod continetur in Scriptura per ipsum Coram eis producta in Causa.

Quam quidem Scripturam, et omnia ipsa contenta, ipse Praesbiter Hendricus iterum coram eisdem D. Decano, Canonicis, et Cap:lo in Causa produxit³³, set (*sic*) volebant, et intebant (*sic: forse* intendebant) pro bono, et utilitate dictae Ecclesiae Tarvisinae ad pronunziationem, et plublicationem dictae infrascriptae Sententiae difinitivae pro ut ipsi decraverant, procedere. Et ibidem eundem Praesbiterum Hendricum monuerunt ad hanc Sententiam audiendam incontinenti atq: citaverunt personaliter.

Postquam praefati D. Bart.us de Aeglo, Bartholom. de Valente Archipraesbiter Savonensis, Jonnes Mutonus, e Berthaldinus nomine eorum, e dicti Capituli mandaverunt D. Petro Paulo Decano, et Canonico superscripto pro se, et D. Canonicis, et Cap:lo Superscripto suscipienti quatenus Sententiam diffinitivam infrascriptam in eodem Cap:lo pronuntiare, publicare, ac ferre, et promulgare, et dare deberet in Causa Praesbiteri Hendrici Supradicti, et hoc presentibus testibus proximè superscriptis, et me Joane Matheo praedicto Nottario infrascripto.

(frase cancellata) Et ibidem post praedicta dicti D. Decanus, Canonici, et Cap:lum contumassent pronunziaverunt Praesbiterum Hendricum praedictum, quia inde recesserat facto mandato supradicto. (*sic cancellata*) (*sin qui cancellato*)

(sin qui a tutta pagina; ora continua in centro e margine destro)

In Xp.i nomine, amen (*in margine sinistro*)

Nos Petrus paulus Decanus, ac Bartholomeus de Ecelo, et Bartholomeus de Valente Archipresbyter Savonensis in sacris ordinibus constituti, et Jo: Muthonus de Muthonibus, et Berthaldinus de Colle S. Martini, sed non in sacris ordinibus constituti, ut melius possit, non tamen contra Statutum, omnes Canonici Eccl.ie Tarv., qui facimus constituimus, et congregamus Capitulum d. eccl.e (*le cinque parole sono in margine sinistro*) Tarvisine, ad infrascripta peragenda, cum alius ad praesens non sit, in Civ. Terv., qui possit et debeat ad hoc Capitulum evocari;

Cognoscentes de causa, propter quam ex n.ra auctoritate ad viciorum improba removendum pluribus transgressionibus et perjuriis subortis, . . .

³³ (*sul margine sinistro, quasi a fondo pagina*) Qui D. D. Decanus, Can.ci, et Cap:lum dixerunt, quod ipsi nulam amplius ipsius Excusationem nec fidem nolebant audire, nec admittere, cum spaciosum, et longum terminum ipse habuerit probandi de juribus suis, et nullam probationem legitimam fecerit in causa: sed volebant, et intendebant etc.

nos rite, et juridice, excitantibus, et adducentibus, duximus procedendum contra Presbyterum hendricum Odorici de Civitate belluni Mansionarium prebendatum dicte Eccl.ie Tervis., de qua causa constat in actis scriptis per Jo: Matthaem not. publicum infrascriptum,

In eo, de eo, et super eo, quod dum ipse Presbyter hendricus (*seguono alcune parole cancellate, illeggibili*) Mansionarius esset, et praebendam Mansionarie obtinens in Eccl.ia Tarv. predicta, et per ipsum presbyterum hendricum in manibus Capituli n.ri alias de reverentia, et obedientia exhibenda Decano, Canonicis, et Capitulo d. Eccl. ie, et observando Statuta et consuetudines factas et fiendas predictae Eccl.ie fuisse prestitum juramentum, ipseque Presbyter Hendricus non fecerit a quadriennio citra, vel quasi ullam residentiam in huiusmodi ecclesia, et pluries et pluries per nos Decanum predictum, et Capitulum dicte eccl.ie, et etiam per alios nostros concanonicos ad hoc monitus, et requisitus se non emendaverit, quia fuit transgressor, et remissor juramenti p. eum prestiti, et monitionum et mandatorum sibi factorum, negligens existendo frequentare et exhibere obsequium servitutis . . .

(- carta 105. tergo; il testo occupa centro e margine destro)

in officiis et aliis oris Can.cis dictae eccl.ie.

Cum autem super predictis negligentia, et malitia hominis istius convincenda, Nos Petruspaulus decanus, Can.ci et Capitulum suprad.te eccl.ie³⁴, eidem presbytero hendrico presenti, et intelligenti terminum assignavimus peremptorium, quod sub poena privationis mansionariae et prebende, quas obtinet in ipsa eccl.ia, coram nobis legitime facere, et ostendere deberet fidem excusationis Sue infirmitatis allegatae nobis per ipsum, et ostendere etiam fidem de titulo legitimo mansionariae et prebende, sue in presenti causa.

Nos itaque Petruspaulus decanus ac Can.cus antedictus visa confessione juramenti prestiti per presbyt. hendricum suprad:tum: Visa interrogatione facta per nos Presbytero hendrico antedicto, visaque responsione dictae interrogationi facta per ipsum, ac etiam visis terminis per nos et dictum Capitulum datis et statutis eidem Presbytero hendrico, visa expetatione per nos tolerata ad sui defensionem et excusationem, si quam facere voluisset, et potuisset coram nobis et d. Capitulo, visa etiam contumacia, visoque toto processu cause huiusmodi, et scripturis, et instrumentis et aliis occasionibus, et iuribus per ipsum presbyt. hendricum productis, ostensis, et allegatis in eo, in qua causa, seu processu ipse presbyter hendricus non fecit pro sui defensione, excusationem sufficientem contra premissam eius negligentiam sed perjurus apparuerit, et remissor divinorum obsequiorum, que tenebatur exhibere personaliter in eccl.ia Tarv. premissa.

Ea propter attendentes nos, quia nil aut parum obedientia prodesset hominibus, si inobedientia contumacibus non obsesset, et quod (*sic*) negligentia, et inobedientia aliqua non debet in detrimentum n.re eccl.ie pred:ae aliquialiter reddundare, et quod perjuri etiam beneficium non merentur obtinere,

Xp. no.ne invocato, de cuius vultu judicia recta procedunt, petentibus, volentibus, et mandantibus nobis Ven. Dominis supradictis, vid. Bartholomeo de Ecelo, Bartholomeo Archipresbytero Savonensi, Johanne Muthono, et Bertaldino omnibus Can.cis eccl.ie pred:e ad presens Capitulum et sententiam ferendam congregatis et constitutis, ut supra dictum est, de quo mandato per eos nobis facto constat in actis cause presentis scriptis p. Johannem Matheum pred.ctum Notar. infrascriptum sedentes pro tribunali Tervisii in Can.ca n.re eccl.ie Tervis: predictae in loco, qui dicitur Capitulum,

dictum presbyt. hendricum presentem citatum, monitum, et requisitum ad hanc diem et horam ad hanc n.ram diffinitivam Sententiam audiendam in his criptis (*sic*) privamus, et destituimus mansionaria, et prebenda Mansionarie, quas tenet et tenuit, et visus est tenere in ipsa eccl.ia Presbyter hendricus supradictus, et etiam pronunciamus, declaramus ipsum Presbyterum hendricum cum omnibus iuribus et pertinentiis eius privatum et destitutum esse ab ipsa Mansionaria, . . .

³⁴ (*a lato, in margine sinistro*) Sententia privationis contra Presbyterum hendricum Mansionarium eccl.ie Tervisine lata per Cap.lum dicte eccl.ie.

et prebenda mansionarie omni modo, via, jure, et forma, quibus melius possumus, et per nos fieri potest.

Lata, data, et in hiis scriptis pronunciata, et promulgata fuit suprascripta sententia diffinitiva per Venerabilem et sapientem virum D.num Petrumpaulum Decanum et Canonicum supradictum pro tribunali sedentem Tarv. in Can.ca Eccl.e Tarv. predictae in loco, qui dicitur Capitulum, ibidem existentibus et presentibus, atque eidem D. Decano pro se, et D.nis Can.cis, et Capitulo supradictis suscipienti mandantibus Ven. viris D.nis supradictis vid. Barth. de eccelo, Barth. Archipr. Savonensis, Jo: Muthono, et Berthaldino Canonicis eccl.ie Terv. pred.e de quo mandato ipsi d.no Petropaulo Decano et Can:co facto constat publico instrumento hodierna die scripto per me Johannem Matheum notarium infrascriptum:

presente, audiente, et intelligente supradicto Presbyt. hendrico asserente se dicte sententie non consentire, salvo sibi jure appellandi, et ad hoc respondentibus prefatis D.nis Decano Can.cis, et Capitulo, quod aliquo modo non consentiebant, quod ipse Presbyter hendricus ab hac sententia appellare possit, cum manifeste perjurus et contumax fuerit ipse, et quod taliter criminosos jus appellare non permittat,

anno dominice nativ. mill.mo trecentesimo nonagesimo indict. XIII. die lunae XXIV Mensis Januarii³⁵ post vespere decantatos dicta die in eccl.ia tarv. premissa, presentibus providis et discretis viris D.no Presbyt. Jacobo Bagattino Thesaurario d.te eccl.ie, presbyt. Vendrame de Opitergio, et Presbyt. Cresembene de Mantua Mansionariis dicte eccl.ie, presbyt. Johanne de Picardia dioc. ambianensis, presbyt. Fran.co de Ceneta, et presbytero Nicolao de Petrarubea Capellanis prebendatis d:te eccl.ie Terv. testibus, et aliis, ad praemissa vocatis specialiter et rogatis etc.

Ego Johannes Matheus pauli Clericus Tervisinus publicus Imperiali auctoritate notarius pred.e Sententie pronunciacioni, lettioni, promulgationi, publicationi, et omnibus aliis supradictis presens interfui, et ea de voluntate, et mandato predictorum D.norum Decani, Can:corum, Capituli rogatus scripsi, et publicavi rogatus signum meum consuetum apponens in testimonium, et fidem omnium premissorum

(quinto fascicolo - carta 106; il testo occupa centro e margine destro.)

Processus et acta Capituli facta contra Presbyterum hendricum Mansionarium Tervisine Eccl.ie.

In Xp.i nomine Amen. Anno ab *(sin qui in margine)* ipsius Nativit. MCCCXC. Ind. 13. die Jovis XIII. me.sis Januarii. in Eccl.ia Terv. ante Altare B. M. Virginis,

presentibus providis viris presbyt. Vendramo de Opitergio, et Presbyt. Cresembene de Mantua Mansionariis Eccl.ie Tervisine pred.te et petropaulo notar. cive Terv. quondam ser Mundi casolarii testibus rogatis et aliis³⁶.

Ibique congregato Cap.lo dicte Eccl.ie Tervis.ne, in quo Cap.lo interfuerunt Ven. viri D.ni Petruspaulus Decanus, Bartholomeus de Ecelo, Pelegrinus de Verona, et Barthol. de Valente Archipresbyter Eccl.ie Savonensis omnes Can.ci dicte Eccl.ie facientes, constituentes, et congregantes Capitulum predictum, cum nullus alius esset in dictis Civitate, Eccl.ia Tervis., et loco qui posset ad ipsum Cap.lum evocari, ut ibidem ipsi D.ni decanus, et Can.ci asseruerunt,

et coram ipsis D.nis Decano, Can.cis et Capitulo constitutus Presbyter Hendricus Odorici de Civit. Belluni Mansionarius in ipsa Eccl.ia Tervis.

prefatus D.nus Decanus de consensu et voluntate predictorum dominorum Canonicorum et Capituli eidem Presbytero hendrico dixit et exposuit. . . .

³⁵ *(a lato, in margine sinistro)* 1390. 24. Jan.

³⁶ *(come sopra)* 1390. 13. jan.

vid. quod alias ipse D.nus Decanus monuerat ipsum Presbyt. hendricum et ipsi mandaverat sub pena prestiti juramenti per ipsum Presbyt. hendricum sicut Mansionarium beneficiatum in ipsa eccl.ia super observatione statutorum, et consuetudinum et de exhibenda obedientia et reverentia decano, Can.cis, et Capitulo ipsius Eccl.ie, quod ipse Presbyter hendricus continue deberet interesse Matutinis, Misse, Vesperis, et aliis Oris Canonicis dicte Eccl.ie Tarvis. prout tenebatur, et debebat secundum consuetudinem observatam in Eccl.ia premissa, et quia tunc d.nus presby. hendricus negligens erat interesse officiis predictis, prout de dictis monitione, et mandato constat publico instrumento scripto per me Johannemmatheum not. infrascriptum MCCCLXXXVIII. indict. XII. die XX. mensis Februarii.

et quod per dictam monitionem et mandatum predictus presby. hendricus propterea non se ex dicto defectu emendaverat, neque correxerat; sed transgressor estiterat predictorum monitionis, et mandati, et statuta et consuetudines ipsius eccl.e non observaverat, vid. non veniendo, nec stando in matutinis, vesperis, Missa, et aliis oris Can.cis dicte eccl.ie prout venire et stare tenebatur et debebat,

et interrogavit ipsum Presbyt. hendricum dictus D.nus Decanus ibidem, que fuit causa et impedimentum, quod ipse Presbyt. hendricus non fuerat nec venerat, nec veniebat ad officium, et alias oras Canonicas predictas continue sicut debuerat, et tenebatur stare, venire, et interesse, sicut cotidie stabat extra civitatem collendo terram et ortos sicut agricola.

Ille autem respondit, quod eius corporis infirmitas estitit causa et impedimentum, ne ipse ad Officium, nec oras dicte Eccl.ie suo loco et tempore veniret, nec staret, et non alia de causa, et quod (cum, *cancellato e sovrascritto*) quando sanus fuerat et erat ad dictas oras continue veniebat, et stabat, sicut ceteri de d. Eccl.ia clerici veniebant, et stabant. Ortos suos, et clausuram laborabat interdum, cum fidos non haberet agriculatores.

Venerab. d.nus Decanus suprascriptus (*sin qui in margine*) de voluntate et consensu predictorum dominorum Canonicorum, et Capituli eidem Presbytero hendrico terminum assignavit, quatenus usque ad diem martis proxime venturi inclusive debeat coram dicto Capitulo legitime fidem facere de infirmitate et causa impedimenti per ipsum Presbyterum hendricum alegatis taliter quod videatur ipsum Presbyt. hendricum perjurium aliquod minime incurrisse propter negligentiam contra eum allegatam per Capitulum antedictum, et fidem etiam facere de titulo Mansionarie, et prebende, quas dictus Presbyter hendricus tenet in premissa eccl.ia.

Qui Presbyter Hendricus ex nunc (*sin qui in margine*) respondit, et dixit coram prefatis Dominis et Capitulo in continenti post dictum assignatum terminum, quo infirmus fuerat et erat, et ideo ad officia pred.e eccl.ie interesse et venire destitit, de quo dolebat, et dolet. Et quod per hunc modum fidem faciebat de titulo sue Mansionarie, vid. quod ipse Dom. decanus alias ipsum Presbyterum hendricum de eadem Mansionaria actualiter investiverat, et eandem sibi contulerat, prout noverat ipse Dom. Decanus in cap.lo dicte eccl.ie, sicut ceteri Mansionarii dicte eccl.ie investiebantur, et providentur de Prebendis, et Mansionariis per Capitulum d. eccl.ie.

Et dictus Dominus Decanus (*in margine*) replicando eidem Presbyt. hendrico dixit, quod iste, sue tales allegate excusationes non obstant juribus dicti Capituli, nec etiam ipsum Presbyterum hendricum releverant (? – *forse intenteva scrivere* lederant) in aliquo.

Statuentes iterum ipsi Presbytero hendrico, quod deberet de excusationibus suis alegatis legitime docere, secundum terminum predictum, sibi ut supra assignatum.

. . .

(- carta 106. tergo; continua in centro e margine destro)

Ex libro Maximo A: Archivii Capitularis Fol. 41. N.o 2

1311. Inditione nona. die Lune, quinto Mensis Aprilis, presentibus fratre Nicolao ordinis miliciae B. V. gloriosae, Guglielmo de Brusaporco Mansionario Eccl.iae Terv., Gabriele de Arpo, et Arpono clerico cum fratre, filiis q. D.ni Bonincontri de Arpo doctoris Legum, testibus, et aliis³⁷.

D.nus Bonacursius de Arpo Decanus Eccl.iae Terv., ad praesentationem, et requisitionem D.ni Parisii de Sulico Can.ci Tervisini de infrascripto Aldrago dicto Patre suo nomine, ac nomine et vice Capituli, et canonicorum eccl.iae Ter. ae cum bireto suo, quod tenebat in manu, investivit aldragum dictum Pater de Sulico diaconum filium Zentelli de Sulico sibi de bona vita et competenti scientia commendatum, et specialiter a D. Parisio Canonico de medietate beneficii, Capellae, seu Eccl.iae S. Andraeae de Ter. spectante ad Capitulum Eccl.iae Tarv., ut dicitur pleno jure vacante per mortem presbyteri Dominici, ipsius S. ti Andraeae Rectoris, qui Presbyter Dominicus in ipsa eccl.ia S. Andraeae, ut dicitur duas partes obtinebat seu possidebat, pro eo quia dictae partes sibi ut dicitur unitae fuerunt solum in vitta Sua per Capitulum, seu Canonicos Eccl.iae, ut dicitur, eccl. ae Tarvis³⁸. et hanc investituram fecit ipse D. Decanus ipsi Aldragi diacono pro se, et vice, et nomine Capituli, et Canonicorum eccl.iae Tarv. cum omnibus juribus spectantibus ipsi medietati partis ad continuam residentiam in ipsa ecclesia faciendam, et commisit suprascripto Guill.o de Brusaporco, ut auctoritate ipsius D. Decani, Cap.li, et Canonicorum eccl.iae Tervisinae de dicta medietate partis inducat ipsum Aldragum in tenutam et realem possessionem, et inductum defendat, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo.

Qui quidem Aldragus ibidem incontinenti, delato sibi Sacramento per d. D. Decanum, et nomine et vice dictorum Capituli et Canonicorum juravit ad S. D. E. tactis scripturis obedientiam, et reverentiam ipsi D.no Decano pro se, et pro Cap.lo, et Can.cis eccl.iae Terv:e, et observare Statuta, et consuetudines eccl.iae Tarv.

Actum Ter. in contrata de Domo in domo habitationis dicti D.ni Decani.

(Legalitate praetermissa quattuor Notariorum)

ibi. n.o 3:

1311 (*in margine*). ind. 9. die Mercurii 19. Maii,³⁹

praes. Gerardo Diacono Mansionario eccl.iae Tarvisinae filio D.ni Benzuigne de gardelino, Jacobino clerico q. Veneciani familiari D. Presbyt. Corsii Can.ci Ter. et aliis,

D. Presbyter Martinus de Domo constitutus coram presentiam Rev:di Viri D. Bonacursii Decani Eccl.iae Ter. et discretorum virorum D. D. Azzonis Calzae Archidiaconi, magistri Petri de urne, presbyt. Avancii, parisii de Sulico, Castellani de Sallamone, Tadei de Schottis, Presbyteri Martini, et Presbyteri Corsii Canonicorum eccl.iae Terv: in Capitulo tamquam Capitulum more solito congregatorum, sponte, et libere, sine aliqua coactione, Renunciavit, et refutavit in manibus d. D.ni Decani Eccl.iam, seu Beneficium S. Antolini d Aspa, et omnis juris ratione sibi competenti in eadem.

Quam renunciationem, seu refutationem d. D. Decanus de volunt. et Consensu pred.ti Cap.li, et Can.corum recepit et acceptavit. . . .

³⁷ (*a lato, in margine sinistro*) D. Decanus Terv. investivit Patrem de medietate Capellae s.ci Andraeae de rippa, ubi dicitur esse duae partes. 1311. 5. Ap.lis

³⁸ (*a lato, in margine sinistro*) unio beneficiorum a Cap.lo facta ac

³⁹ (*a lato, in margine sinistro, continuando*) Renunciatio in manibus Decani, et Collatio eccl. ae S. Antolini de Aspa.

Decanus cum consensu Cap.li investivit Presbyt. Romanum de eccl..a S. Antolini de Aspa, et commisit curam animarum. 1311. 19. Maii.

Actum Ter. in majori Can.ca Terv. in loco ubi dicitur Capitulum.

Eodem die, loco, et testibus, et aliis Capitulo et Canonicis Eccl.iae Ter.,

in Capitulo, et tamquam Cap.lum more solito congregatis, vid. D. Bonacursio Decano eccl.iae Ter., Azone Calza Archidiacono, Mag.ro Petro de urne, Presbyt. Avancio. Parisio de Sulico, Castellano de Salamone, Thadeo de Schotis, Presbyt. Martino, et Presbyt. Corsio.

Ipse D. Decanus de voluntate, et Consensu praedictorum Can.corum, et Cap.li, Et ipse una cum eis volentes utiliter providere Eccl.iae S. Antolini de Aspa dioc. Ter. spectanti ad collationem praed.cti D. D. Decani, Capituli, et Canonicorum, ut dicitur, pleno jure, vacanti ad praesens per Renunciationem, seu refutationem D. Presbyt. Martini de domo ipse D. Decanus de voluntate, et Consensu praed.ti Cap.li, et Can.corum, cum bireto suo, quod tenebat in manu, investivit presbyt. Romanum filium uguzionis de S. Zenone de dicta eccl.ia, seu Beneficio S. Antolini ad continuam residentiam faciendam, et commisit eidem de volunt. pred. Cap.li et Can.corum, curam populi ipsius eccl.iae, et quod possit ibi in spiritualibus et temporalibus ministrare: et ut praedicta debitum sorciantur effectum, commisit ipse D. Decanus de voluntate praed. Cap:li et Canonicorum d. Presbyt. Martino de domo praed.:to, quod ipsum Presbyt. Romanum possit inducere in tenutam et corporalem possessionem eccl.iae, seu Beneficii antedicti, et inductum defendat, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo, et ibidem in incontinenti dictus Presbyt. Romanus, delato sibi sacramento per me Not. infrascriptum de voluntate praed:cti Cap.li et Canonicorum, ac ipsius D.Decani, juravit ad S. D.E. obedientiam, et reverentiam ipso D.no Decano, Cap.lo, et Canonicis antedictis pro se, et suis successoribus, ac observare Statuta et Consuetudines eccl.iae Tarvisinae.

(Omissa solita legalitate 4.or Notariorum).

ibi. fol. 43. n.o 1.

M.llo CCC. XI. indict. 9. die (*sin qui in margine*) Veneris X. exeu. Men. Octubri⁴⁰.

praesentibus Domini Presbyt. Petro Primicerio Capellanorum de Tarvisio, Presbyt. Andraea, qui moratur cum dicto Dom.no Primicerio, Arpono clerico filio q. D. Bonincontri de Arpo doctoris legum, Uberto Not. de anoalo q. delay, Not. dionisio Not. q. nobilis de Padua testibus, et aliis.

Reverendus D. Bonacursius de Arpo Dec. Eccl.iae Tar. auctoritate sua, et auctoritate, commissione, et potestate sibi tradita a Cap.lo e Can.cis eccl.iae Tarv., prout in instrm.to ipsius, auctoritate, seu commis:e scripto per me infrascriptum Not. continetur, volens, ut dicitur, utiliter providere Eccl.iae S. Petri de Schaltenigo dioc. Ter. vacantis ad presens per mortem Presbyt. Andraeae olim Presbyt. et Rectoris dictae eccl.iae S. Petri de idoneo Sacerdote, ac gratiam prosequi Presbyt. Joh: de Vigoncia Filium D. Apruini Piglaniga sibi de bona vita et scientia commendati, et specialiter a D. fratre Joh: Priore Monast. S. Joh: de Verbaria vice vener. Patris D. Pagani Dei et Apostolicae sedis gratia, e.pi Paduani, qui (*continua in margine inferiore e destro*) dimissorias, seu commendatitias scripsit litteras pro eodem; cum biretto suo quod tenebat in manu, investivit ipsum Presbyt. Joh: de dicta ecclesia S. Petri, seu parte ipsius eccl.iae, seu beneficii vacantis per mortem ipsius Presbyt. Andraeae, ad continuam residentiam faciendam, secundum quod dictus Presby. Andraeas anthea obtinebat, et commisit auctoritate sua, et auctoritate Cap.li, et Canonicorum Eccl.ae Tarv. ipsi Presbyt. curam animarum ipsius eccl.iae, dans et concedens sibi liberam potestatem, et auctoritatem, quod in ipsa eccl.ia celebrare possit divina, et populo ipsius eccl.iae ministrare ecclesiastica Sacramenta.

Et ut praedicta debitum sortiantur effectum, ipse D.nus Decanus auctoritate sua, et dictorum Cap.li et Canonicorum eccl.iae Ter. . . .

⁴⁰ (*in margine, a lato sinistro*) 22. 8.bre.

Decanus de Consensu Capituli investivit Presbyt Jo: de Eccl.ia S. Petri de Scaltenico, et commisit curam animarum auct.e sua et Capituli, commendato a Vic. E.pi Paduani: cum obligat. census solvendi.

commisit Prebyt. Camillo Plebano S. Mariae de Zuglianigo licet absente, quod ipsum Joh: inducat in tenutam et corporalem possessionem, et inductum defendat, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo.

Qui Presby. Joh: incontinenti post praedicta, delato sibi Sacramento per dictum Dom.num Decanum, et per me Not. infrascriptum, juravit ad S. D. E. obedientiam, et reverentiam ipsi D. Decano recipienti pro se, Cap.lo, et Can.cis eccl.iae Terv. et successoribus suis, et quod solvet, seu reddet censum eccl.iae Terv., vid. quatuor libr. denar. parv. Annuatim, prout sui successores, seu sacerdotes ipsius eccl.iae S. Petri facere consueverunt.

In cuius rei testimonium praesens instrumentum iussit ipse D. Decanus sigillo dicti Capituli pendentis muninime communiri.

Actum Ter. in contrata de domo in via publica ante Domum habi- . . . (*continua a fine margine inferiore della successiva c. 107., sesto fascicolo*) habitationis dicti Domini Decani: ommissa legalitate.